

EPÆNESIS,

SCRIPTA PER ORNATISSIMVM virum, Dominum M. Valentimum Rotmarum, in hono- REM PRÆSTANTISSIMORVM VIRTUTE AC ERVDITIONE iuuenum, Ioachimi Fabri, Ioannis Clostermair, Ioannis Ramspeckh, Ioannis Lang, Vuolphgangi Prugberger, Martini Zenckel, Christophori Streitel, Georgij Pogner, cum summam in Philosophia lau- ream consequerentur Ingolstadij.



Nelyta uirtuti semper sua premia sacre
Esse docent ueterum clare monumenta sophorum.
Amphitryoniades (ueterum modo scripta sophorum
Vera canant) heros Cretæ cum cederet Ida,
Hic ubi Dictis tunc à Curetibus infans
Iupiter occulte primis aleretur in annis,
Graibis binis comitatus fratribus arua
Venit, Olympiacis & constitutis Eridos agris.
Ille sed ad magnos iam tum ducentibus ausus
Viribus & fatis, ferus ad certamina fratres
Inuitat, rapidoq; uelint contendere cursu
Horatur, preciumq; uiris & premia ponit.
Illiū ut gnati possint meminisse minores,
Hos iubet esse ratos, quintōq; referrier anno
Ludos, hos numerum sectatus in ordine fratrum.
Ergo minor, sed enim hunc morem studiosius etas
Accipit, & quintum quoties redijset in orbem
Phœbus, Olympiadē dicunt que tempora Graij,
Omnis arenosis concurrit Gracia campis.
Cursibus hi, pedibusq; leues certare parati,
Cæstibus ast illi candentia brachia lassant,
Hic certatur equis, hic curribus itur in altis,
Ilic athletis sua sunt certamina uafis.
Aut iaculo, uel qui disco contendere malint,
Aut quicunq; feris configunt fortiter armis.
Artis erat partim, partim res uiribus ista,
Corporis & solidi firmati in robore stabat.
Non tamen illi suo caruit uictoria dono,
Et rata cedebant generose encomia lauti.
Primus Olympiacam gestas Oeone coronam,
Et tu Tegeates eadem tibi munera queris,
Quem sequeris uictor falcatis Same quadrigis,
Et iaculo Phœstor, discōq; illustris Enipeu.
Quid iuuat Elexum uersu memorasse Corœbum,
Atq; alios multos? teretis quos ramus oliue
Auxit honore nouo, caput & decorauit honestum,
Sive Palatini Permebis Apollinis arbor,
Aut apium uiuax, aut garrula littore pinus.
Si uel Olympiacis uicissim fortiter aruis,
Aut qui Phebe tuo superasset Pythie circo,
Isthmia uel ferret uictor quicunq; trophaea,
Aut qui pugnasset Nemeis impiger agris.
Talia uictori primis data premia ludis,
Post maiora tamen, tacite labentibus annis,
Accessere sue felici munera lauro.
Principio sunt parua suo uelut omnia primo,
Sed crescente tamen scandunt ad summa uigore.
Tu quoq; Roma, caput mundi, spectacula quondam
Munere consimili lati celebrata theatris
Solui, sive gramineis sera membra palestris.

Lassares, seu precipites in puluere currus,
Sive eques ali pedes uelles domitare caballos,
Curuare sue arcus, aut spicula dura lacertis
Torqueres, sive æquoreis agitata procellis
Nautica prescriptam nauis decurreret undam.
Maior at illius superabat gloria ciuis,
Barbara qui patrijs auerterat agmina muris,
Et longe Hesperia tumidos eiecerat hostes.
Aut procul à patrijs populum qui Martius oris
Contuderat stricto foeliciter esse rebellem.
Ille triumphali capitolia ad ardua currus
Rite uehebatur, uictos & uictor agebat
Hostes: hinc illinc Romana potentia stabat
Spectatrix tantorum operum, exhaustiq; laboris.
Hi tibi magne dati quondam Dictator honores,
Cum tua fudisset Veientes dextra cateruas:
Ecce omnis tibi se portus effundit apertis
Obvia Roma ruens referenti signa Camille.
Tu sublimis ades, currusq; uidendus in alto es,
Bis binis inuestus equis candore superbris.
Quales aethereo memoratur magnus olymbo
Iupiter, aut nitidum candens agitasse per orbem
Creditus insipidis Phœbus mortalibus olim.
Victorum pōt magna ducum procedere turba
Visa Camille tuos, sequitur plebs cetera currus,
Et que parta tibi dextra spolia ampla trahebas.
Quid moror? exile haud quicq; minus atq; decorum,
Magnificumq; minus. Tales non Roma triumphos
Viderat exactis unq; bellata diebus.
Maximus hoc etiam Fabius donatur honore,
Millia Samnitum tristri cum multa dedisset
Letho, & multa feris nules coepisset in armis.
Quid mea Papyrios, quid clarum Musa Metellum
Commemores uersu? Tyrium aut qui conudit hostem,
Cuiq; insigne suo de nomine barbara nomen
Africa contribuit, quos omnes Roma triumphis
Illustris uidit, Letoq; incedere currus.
Te tamen, ô fortis, non enumerasse nefandum,
Pompei, cuius super ardua sydera nomen
Exiit, egregijs quondam prælustrare trophæis.
Iulus Aeneides celebri quem nomine Cæsar
Insequitur, cuius totum uulgata per orbem
Quing; resert nobis exactos fama triumphos.
Sic sua semper erant animos & premia laudi,
Et donata suis stabant benè gesta trophæis.
Non opus ulterius monstrari. Non minor illis
Gloria, præclaras solers quicunq; per artes
Exeruere caput, quos improbus haud labor unq;
Euicit, durisue urgens in rebus egestas.
Illa quidem data magna uiris, sed premia longo

Concisia die: que dantur munera doctis
Aeternum mansura sophis, non temporis ullos
Accipiunt audios, quod destruit omnia, morsus.
Nang; suos fama quanq; super ignea Mydas
Astra uehit Phœbus, totoq; celebrat in orbe,
Perpetuumq; sophis nomen, laudesq; perennes
Largitur, quicunq; sacras iuere per artes,
Aonidumq; tenent mysteria docta sororum,
Non tamen ipsa etiam quondam tam passa uetus tas
Sacros sudores, indefessosq; labores
Incassos, Mydasq; suis eguisse corollis.
Prouida magnificos sed enim decreuit honores,
Largaq; constituit non ullo præmia Mydas
Interitura die, dum lucida sydera cœlum,
Dum uicit annis aquas, dum fluctibus & quor inundat.
Quis modo Cecropium posset cognosse Platonem?
Aut sciat Actæum nostro nunc tempore Mydas?
Ingenio sed uterq; suo super ardua notus
Astra, sibi famam scriptis peperere perennem.
Tullius ipse suo Romani fulmine uiuit
Eloquij. Torrente tuo, quo Manua gaudet,
Notus es aeternum Latialis Homere per æcum.
Ipse etiam Lyricis uates qui regnat in odis,
Imparibusq; modis uiuit Sulmonis alumnus.
Hac ego Olympiacis multo maiora coronis,
Hac ego magnificos, quibus olim uasta, triumphis,
Roma superbiuit, statuis hæc præmia cunctis
Prætulerim, aut quicunq; alij numerantur honores.
Fœlices iuuenes, sacras sudoribus arces
Palladis & quibus aonij concendere montis
Culmina concessum, atq; artes ediscere dulces.
Hos inter iuuenes Ioachimus in ordine primus
Sudauit socium princeps Faber esse suorum,
Conspicuus docta quem Clostermarius arte
Insequitur, doctusq; simul Ramspeckhius, inde
Langius, & Brutpergerus, Zenckhelius atq;
Tu quoq; Streiteli Mystarum haud infime, tuq;
Dignus es ingenua Sophie Pognere corona.
Fœlices iuuenes, maiori carmine digni,
Quos uia nunquam, que ducit ad ardua, uicit,
Quos labor atq; frequens sudor studiumq; perenne
Inferius ceſit, quos ocia nulla Venusq;
Detinuitq; suo Nysæus munere Bachus
Fœlices iuuenes, quos hacce docerier artes
Comigit, & talis quos non peritura corona
Parta, per immensos & tanta trophæa labores.
Pergite Pierias iuuenes adamare camenæas,
Altaq; magnificum sub sydera tollite nomen.
Hæc canit, & manuum uobis monumenta suarum
Ingenui donat pignus Rotmarus amoris.

INGOLSTADII EXCVDEBANT ALEXANDER ET SAMVEL
Vueissenhornij fratres. Anno M.D.LXVI. Mense Ianuar.

二十一

МЯСИЩАНОВА Татьяна СЕРГЕЕВНА

BEN BB WESTNÄLÉ VC EKADILLIONE
AVLU' Dövnu' KOMM V. MUNISI-

Anteprima di un'edizione del *Trattato* di Galvani, con prefazione di Giacomo Della Porta, e con note di Giacomo Della Porta, Giacomo Della Porta, Giacomo Della Porta, Giacomo Della Porta.

ICHIJU CONCLUDINGLY. [pg. 10]

IN C O R S A T V A D I I E X C A D E B A U T V G E X A N D E R E T S M A Y E R
A n n e c u r r o n t i s t e s . A m o W D'G X A I W e l l e l s u n d e r .